



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

Vtrum seruitium cuiusdam seruæ sit in solutione 40. aureorum quos
accepit pro sua redimenda libertate computandum, & quid de fructibus
incertis emptis, & fructus hæreditarij, seu lucratiui coniuges ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

quartus non induxit nouam prohibitionem confidentie beneficialis, sed neque Pius quintus, sed solum Pius quintus illam inuat inducendo modos probandi eam. Itaque non intendit asserere esse veram in foro interiori confidentiam illicitam Simoniacam in omnibus casibus, in quibus in foro exteriori statuit pro tali esse habendam, licet in exteriori velit haberi pro tali.

¶ Vltimò responsuri ad argumentum in principio questionis dicimus, quod casu, quo frater vel amicus aliquis donauit Petro, titulo patrimonij, quo ad ordines sacros promoueretur, in conscientia talis donatio per Petrum est annullanda, taliáque sic donata bona sunt tali amico, vel fratri restituenda secundum Cordubam tum quia talia bona sunt merè secularia, & talis donatio expressè fuit conditionalis, & quamuis fuit fraudulenta, quia verbo tenus facta, tamen iure non est reprobata, tum quia amicus, vel frater donans sic potuit, & voluit tantum conditionaliter donare, & non absolute, sicque clericus istam conditionem admissam habuit, licet in scripturam non fuerit redacta in foro exteriori. Sequitur ergo, quod in foro conscientie non maiorem valorem sortiatur talis donatio quam fuerit donantis intentio, neque contra eius intentionem valet. Ideò in foro conscientie, iuxta fidem datam eam clericus annullare tenetur, licet donans ratione fraudulentæ donationis in preiudicium ecclesie factæ, sua intentione fraudari mereatur, & in foro exteriori ad annullandum talem donationem, eamque restituendam non sit cogendus.

¶ Cæterum in casu resignationis beneficii sub confidentia, diuersa militat ratio, quia talis contractus reprobatus est iure, & talis promissio sine licentia Papæ, in fructum pensionis fuit inducta, neque sola spes de reddendis sibi fructibus, (vt prædiximus) inducit obligationem fructus resignanti reddendi.

¶ *Virum seruitium cuiusdam serua sit in solutione 40. aureorum quos accepit, pro sua redimenda libertate computandum, & quid de fructibus incertis emptis, & fructus harenarij, & lucratium inter coniuges quomodo sint partienda.*

Q6.1.

De fructibus adhuc quoniam materia lata est quaeritur, utrum verbi gratia, Petrus qui tribuit cuidam seruae Aethiopsae quadraginta aureos, quos ipsa petit ab eo, quibus ipsa se redimeret a suo herede, cum pacto quod si illos 40. aureos Petro non redderet, se illa illi ad inferendum traderet, in hoc casu possit Petrus ultra capitale, id est ultra 40. aureos ancillae Aethiopsae tributos, fructus seruitiorum eius sibi accipere? Huius dubij meminit Corduba. Igitur ut satisfaciat questioni, quae satis perplexa est, praemittenda est haec distinctio. Petrus multum potuit illos 40. aureos illi seruae Aethiopsae tradidisse, aut per viam mutui, quia eos ei mutuauit, aut per viam census, quem imposuisset super personam illius ancillae, vel per viam emptionis illius ancillae cum pacto de retro vendendo ei suam libertatem, quando sibi soluisset illos 40. aureos.

a Cordub.
in tract. de
c. sib. conf.
q. 122.

Igitur his praemissis primo ad quaestionem dicitur, quod per viam mutui illos 40. aureos si ancillae, quo se redimeret tradidit, usura fuit ultra illos sibi reddendos, expectuisse illa sibi impedenda obsequia, aut seruitia, quia ratione mutui se videtur tradidisse in hypothecam illi seruae, at fructus hypothecae in mutuo, non computare in censum usura est.

Secundo dicitur, quod si tradidisset illos 40. aureos illi seruae per modum census impositi super personam illius adhuc hac via non potuit illa seruitia exegisse saltem integre ante motum Pij quinti, quia huiusmodi exhibita seruitia maioris valoris erant, quam pensio iusta census solueda pro illis 40. aureis. At nunc post motum Pij 5. census personales inuvalidantem, nulla hac ratione seruitia ab Aethiopsa potuit exegisse.

Tertio dicitur, si Petrus praedictos 40. aureos tradidisset ancillae per modum emptionis cum pacto de retro vendendo liceret tunc, sicut consuevit mutuatario, cui pro mutuo tradenda est hypotheca fructifera, ut non ratione mutui velit illam accipere, nam isto modo via mutui accipiendo, non poterit illos fructus licite suos facere, sed eos autem si illam hypothecam, non via hypothecae, sed via mercis, & emptionis eiusdem cum pacto de retro vendendo accepisset, nam isto modo licite tanquam

de re sua à se empta fructus faciet suos, si igitur prædicto inquam modo per modum emptionis cū pacto de retro- uendendo, cum ancilla illa, tribuendo illi 40. aureos ob- traxit, bene potuit Petrus, cum illa illos 40. aureos sol- uendo illi, voluit se in libertatem asserere, vltra illos 40. au- reos datos in pretium, illa sibi impenſa retinere seruam, quia si isto pacto illa ancilla 40. aureis his à Petro fuit empta, tãquã ex re sua potuit illa percepisse seruicia, hec certe videretur in fraudẽ vſurarum talis emptio cum pa- cto de retrouendendo fuiſſe facta, vbi iustum pretium iuxta iustum modum emendi, non ſolueretur ſicut hic à Petro non videretur fuiſſe ſolutum ſoluendo 4. tantum au- reos pro ſerua ſtrenua, & ſeruiendi perita.

¶ Sed quid ſi nulla via conſtiterit, quo titulo talis con- tractus fuerit initus. Dicitur melius tunc eſſe, vt inter Pe- trum ipſamque fiat amicabileſ compositio, quia contra- ctus conſuſione non caret, ita vt Petrus contentum ſerui- ſe velit vno tantum annuali illius ſerue famulari, illa que- ſit contenta id ſeruij Petro præſtitiffe cauſa tanti reme- nerandi beneficij, quo affecta eſt à Petro dante ſibi 40. aureos pro ſua redemptione, quibus ipſa ſe potuit redi- mēre. Si autem mutui via quadraginta hos aureos dede- rit, cum non eſſet negociator qui eos actualiter expoſuit negociationi haberet, non potuit ratione lucri ceſſantis, ab illa ſerua quicquam vltra ſorrem exigere.

¶ Præſupponitur in caſu poſito pro maiori eius intel- ligentia, per duos annos ſeruitia impendiſſe Petro, quia pepigit ei inferuire, dum 40. aureos Petro non ſoluiffet. Ita Cord. libuit que hunc caſum hic non præpoſtere an- ne ctere, vt per huiusmodi caſum probẽ lector diſcas, & aliorum ſimilium caſuum ſolutionem coniectare.

Q. 2. ¶ De fructibus inſuper dubitatur vtrum emptor, quẽ- do emit fructus incertos nondum natos, vt verbi gratia, fetus, vel parrus natiuros ex ancillis vel ex gregibus vel piſcatum ex primo iactu rmetis expiſcandum ex ſa- mine vel mari: ſi tales partus nõ naſcantur poſtea teneat- tur pro illis aliquid dare. Et videretur quod ſic, nam ſentẽ- tia iuriſtarũ eſt pro iactu rmetis ad piſcandũ empto, pre- tiũ eſſe ſoluendũ etiã ſi inde piſces nullos cõtingat capi.

¶ Per diſtinctionem nihilominus reſpõderi ſolent eſt, nam

nam si loquamur de partibus & fructibus incertis, sci-
ent gregum, & ancillarum, si eos postea non contingat
aliter, qui eos praemerat ad soluendum aliquid non ma-
ter affectus auctore Hugone de Celso, quia cum isti
regulae sint certi, & soliti sint nasci, si nati non
sint, cum emptor nullas merces accipiat nihil vide-
bitur ab illo fore soluendum, quia cum regulariter isti
fructus, & partus soleant nasci, non videtur eos cum
periculo emere voluisse, nisi in contractu emptio-
nis tale voluit expresse in se suscipere periculum. ¶ Si
autem de iactu rheris in mare, vel in flumen ad piscan-
dam loquamur, si sine conditione sit vendatus: sed ab-
soluit, si nihil piscium ex inde postea fuerit extractum,
nihilominus pretium conuētum pro illo est ab emptore
soluendum cuius legitima ratio redditur, quia ille iactus
pro ad capturam piscium suapte natura est incertus, cum
ita incertitudine, & periculo cōsetur emere voluisse, nisi
aliter in hoc casu inter partes conuēntionaliter actum sit.

*b Hugo de
Celso i suo
reperi. le-
gum. verb.
vendere.*

¶ Deinde quoniam de fructibus hæreditariis supra di-
ximus: nunc tantum dicimus reperentes, quod defuncto
aliquo coniugum, fructus apparentes in possessionibus
pro illo tunc, inter coniugem superstitem, & inter de-
functi hæredes sic diuidentur, vt coniugi viuo pro media
parte, & pro alia media parte mortui hæredibus obue-
niant. Partitio autem hæc in fructibus vinearum, hortorum,
& arborum tempore mortis apparentibus locum habet.
Ceterum loquendo de fructibus agri seminati etiam si
tempore mortis alterius coniugis non apparuerint in agro
pro medietate solutis expensis, pro medietate partiendi
erunt inter coniugem viuum, & hæredes defuncti.

¶ Si autem in vinea, horto, arboribusque, tempore al-
terius coniugis obitus non apparuerint, tunc non diui-
dentur, sed eius erunt omnes fructus, cuius erit possessio-
nis radix, ita lege 9. titulo quarto, libr. 3. fori.

*¶ Vbi ad hanc materiam de fructibus beneficiorum ecclesiasti-
corum restituendis reducuntur quedam dubia quorum me-
morat Corduba, vbi vilis quotidianis vsibus traditur do-
mina.*

